Fragmentarium

11

et aneurismata pessima· sanguinis e narib· fit dis
tillatio· cauma est in thorace· et lingua conbusta
sitis defectio insomnietas spasmi uiolenti et alia
multa mala patiuntur id est ulcerationes mem
brorum et bullas et uissicas malignas et carbun
culos pestiferos· nam si quis praeuideat futuram
pestilentiam et adtendat ad tempora anni mala
consistentes· uel ipsius anni qualitatem et tunc
dieta obseruando sanus poterit permanere· ut pu
ta si tempus siccus fuerit humidis utatur reb· si
siccitas humidis ut infundatur· si humidus sit tem
pus siccis utatur reb· ut humor ille qui crescit con
sumatur· prouidendas sunt etiam et uentris purga
tio· quibus ueros superior uenter flegma plenus per [vomitu]
uomitum est purgandus· quod si sanguis superha
bundat flebotomus est adhibendus· bona est eti [flebotomia]
am et si per urina purgatio procuretur uel aliae
quae in his reb· sunt necessariae euacuationes o
portet per omne fieri corpus· nam si causon febre
fuerit passus et ignis usq· ad pectus totum corpus
accendat si ea quae infrigdant adhibeantur medi
camenta non absq· ratione fit pectori adhibere [bibe aquam]
et aquam frigidam potui dare et non paulatim offer
re incendit enim amplius sed sub uno inpetu cum
uaso detur patulo ut extinguere igni ardorem
possimus· quod si causos interiora possideat neces
se est ut extremae partes frigescant· sed et cor
poris cutis frigida sit et ypocondria contrahatur
et uenter sintexin patiatur aut certe per uomitu
aut per uentrem suso aut ioso reiectiones fiant
et alienationem uel insomnietatem patiatur et
lingua aspera sit extremae uero partes frigescant

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. F 219 III, 11r – Oribasius: Synopsis medica
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-8rn7/3475/36195)